

in diuino quanto se fructuosius intermisisse
 meminerit. Et ratione sumptae contemplatio-
 nis gustu valentius ad acquirenda lucra soli-
 ta alacritate recurrit. hec Bernardus. Insuper
 maius premium et idcirco dulcius seu delectabi-
 lius maiori merito correspondet. sed pro vite
 active opera contingit magis mereri. et ideo
 ne illa impediatur optabile est a presenti
 dulcedine vite contemplatiue vel pro tempore im-
 pediri. Unde thomas aquinensis potest contin-
 gere quod aliquis in operibus vite active plus
 meretur quam alius in operibus vite contem-
 platiue. puta si propter abundantiam dei amoris lux
 eius voluntas impleatur propter ipsius gloria
 interdum sustineat a dulcedine contemplatio-
 nis ad tempus separari. hec ille. Et certe illud
 quod magis est christo placitum amore ipsius
 christi habentis caritatem magis esse debet etiam
 ad salutem proximorum assumendum. hinc est
 quod etiam idem thomas sic dicit perfectio cari-
 tatis est ut aliquis propter amorem permit-
 tat dulcedinem contemplatiue vite quam ma-
 gis amaret et accipiat active vite occupa-
 tiones ad procurandum proximorum salutem.
 Tercium decimus liber continet consolacionum
 remedia oportuna contra turbativa que opponuntur
 bone ipsius corporis dispositioni